UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

CV. Markgraf Ludwig d. R. nimmt Stibor von Groskow und Berthold von Teschow zu Rittern seines Hofes auf, am 6. December 1352.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55861

Visual Library

CV. Markgraf Ludwig d. R. nimmt Stibor von Groskow und Berthold von Teſchow zu Rittern ſeines Hofes auf, am 6. December 1352.

Nos Ludovicus Romanus etc., recognoſcimus per preſentes, quod ſtrenuos viros Stiborium de Groskow et Bertoldum de Teſchowe recipimus et preſentibus in curie noſtre milites et familiares generoſius aggregando. Volentes igitur dictos Stiborium et Bertoldum aliorum curie noſtre militum et familiarium immunitatibus fore participes, commodis quoque honoribus in omnibus gaudere quibuscunque harum teſtimonio literarum. Datum Tankow, Anno MCCCLII, in die beati Nicolai episcopi et confeſſoris.

Aus Dickmann's Urk.-Sammlung des K. Geh. Staatsarchives fol. 175.

CVI. Markgraf Ludwig d. R. beſtätigt und verleiht dem Sitzo oder Siegfried von Ernow alle Güter, welche durch den Tod Berend Schrapsdorfs ihm anheimgefallen, am 4. März 1353.

Nouerint etc., Quod nos Ludovicus romanus etc. fidelia penſantes obſequia, per diſcretum virum Sitzonem de Ernowe nobis hactenus exhibita et in poſterum fidelius exhibenda, Contulimus et conferimus eidem, honeſte quoque matrone Cecilie, vxori ſue, necnon veris et legitimis ipſorum heredibus omnia et ſingula bona ab iſta aut alia parte odere ſeu vbicunque fuerint ſituata, ad nos per obitum diſcreti viri quondam Bernt Schrapſtorff libere deuoluta, cum omni jure, commodo, honore ac pertinentiis vniuerſis, quibus dictus Bernt quondam tenuit ac bona poſſedit prenotata, a nobis tenenda, percipienda ac iuſto pheodi tytulo perpetuo, quolibet ſine impedimento, pacifice poſſidenda, Mandantes inſuper ſingulis noſtris officialibus et aduocatis, qui nunc ſunt vel qui pro tempore fuerint, vt dictum ſiffridum, vxorem ſuam ſuoſque veros et legitimos heredes in bonis prenotatis, quilibet in hiis bonis et rebus, que in ſua ſituata fuerint aduocatia, tueantur contra quoslibet ſuos ſine iuſticia inuaſores. In cuius etc. Preſentibus Swartzburg, kotbuz, hen. et Lud. de wedel, Loterpek, Trutenberg cum ceteris. Datum noua Landſperg, anno L°. tercio, feria ſecunda poſt dominicam Letare.

Nach dem Copialbuche des Markgrafen Ludwig des Römers über die Vogteien Frankfurt, Müncheberg, Fürſtenwalde und Beeskow No. 18.